



**Venerabilis Bedæ Presbyteri Anglo-Saxonis, Doctoris
Ecclesiæ Vere Illuminati Opera Theologica, Moralia,
Historica, Philosophica, Mathematica & Rhetorica,
quotquot hucusque haberi potuerunt omnia**

In Vetus Et Novum Testamentum, Salvberrimis In Moysis Pentatevchvm,
Tobiam & Iobum, Libros Regum, Davidis Pasalmos, Parabolas Salomonis &
Cantica, Prophetas &c. explanationibus & Quæstionibus enodata:
Moralibus doctrinis & expositionibus in quatuor Evangelistarum Evangelia
illustrata: facundissimis ...

Sive Eivsdem Historia Ecclesiastica Anglorum, Vitæ Aliquot Sanctorvm, Et
Martyrologium

Beda <Heiliger>

Coloniæ Agrippinæ, 1688

Vita Divæ Burgundoforæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71990](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71990)

duobus alijs Episcopis, & coacervata ingenti caterva clericorum & laicorum pergat ad eremum, & cum magna reverentia tollentes corpus viri Dei regrediuntur ad urbem. Cumque venissent ad quendam fluvium, cuius ripa tenera tellus exesa euntibus lubricum præbebat meatum, posteriores, qui feretrum portabant, lapsi corrunt: sed, ut reor, ibidem statim Angeli adsunt. Nam priores nullo retardati gressu liberè gradiuntur ante se, donec illi, qui lapsi fuerant, evidenter coram omnibus assurgentes, & iterum se feretro subjicientes ministerii sui locum, sicut antea, suppleverunt. Accidit & aliud in eodem itinere miraculum. Quidam liquidum homo in pago Calvomontinse, nomine Centa, incestuosus fuit: quem B. Arnolfus, cum in hac vita positus esset, sæpius ad emendationem perducere volens, nec valens, sine penitentia reliquit. Venientibus igitur illis, qui beati viri funus portabant, ad terminos huius incestuosi hominis, repente membra portantium obriperunt, ita ut ulterius nullo modo procedere possent. Quo viso sacerdotes & universi populi, cum non modicum angustari cepissent, quid facerent, quò diverterent, præsertim cum jam dies declinata esset ad vespèram, Notto dux, qui unus erat de simul gradientibus, ait: Manifestum est, quia sanctus iste terram huius incestuosi hominis ingreditur: & ideo, si ad mansionem meam, quæ aliquantulum hinc remota est, antequam nox initium sumat, venire possemus, de his, quæ mihi de instanti suppetunt, licet diffidam tantam multitudinem me jam posse reficere, ut potè ex improvviso advententem, & me provisè imparatum invenientem, nec essaria ministrarem. His auditis, universus populus arripuit iter versùs oppidum ejusdem vicis: & portitores feretri tanta sunt velocitate donati, ut ad destinatum locum ante terminum diei pervenientes, potius semetipsos portari sentirent, quam ipsi portarent. Tunc Notto ait, Quia parum quid in promptu habemus, S. Arnolfus nocte hac provideat nobis; cuius fidei verba secuta est rerum efficacia. Tanta namque abundantia cibi & potùs exerevit, ut medietas illius, omnibus ad sufficientiam satiatis, adhuc in crastinum superesset: post hæc cum magna prosperitate & læticia ad urbem pervenit. Hac fama provocati cives cum crucibus & cereis, atque ingenti gaudio & admiratione obviam currunt, pastoremque suum, quem dudum iudicio Dei fugacem amiserant, cælo jam regnantem recipiunt, atque sacrum corpus illius in basilica sanctorum Apostolorum cum magna reverentia recondunt. Quo sepulto, quid apud Christum in eremo mercatus fuerit civibus suis, miraculis demonstravit. Nam mulier quædam, nomine Julia, luminibus olim cæcata, cum ad sepulchrum viri Dei accedens fiducialiter orasset, absque mora lumen longo tempore desideratum recepit: atque per exitum viarum, quos nonnisi aliena manu auxiliante calcare consueverat, propriis cernens luminibus, ad diversorium lata remeabat. Aliud rursum miraculum non sileam, quod nuper narrante viro religioso Arnegaudio abbate cognovi. Cum per idem tempus mulier quædam in suburbano degens, Dominica die operari ausa fuisset, iudicio Dei tacta, utraque manu contracta est: unde illa nimis vallata angoribus ad prædictum abbatem pervenit, misericordiamque ab eo flebiliter postulavit. Qui mox præcepit ei, quatenus ad sepulchrum sancti antilicis cum fide festinaret. Quò cum pervenisset, ostia monasterii clausa invenit, seque cum lachrymis in orationem dedit orans S. Arnolfum, ut se sanaret. Cumque diutius illa Dominum deprecata fuisset, suffragantibus meritis beata Pontificis, contracti digiti resolvuntur, & optata remedia celerimè subsequuntur. Per idem quoque tempus homuncionem quidam, nomine Cero, ita contractos habens pedes, ut ex utroque latere sustentatus baculis miserabilem pederentem regeret gressum, sanatus est ad viri Dei sepulchrum: & revertitur ad domicilium suum solidatis plantis naturalibus, qui illic venerat non innatis sibi pedibus. Hæc pauca de plurimis huius beati Pontificis miraculorum exhibitionibus, scriptis, ut cunctaque potuimus, in diodorus: ceterum si cuncta, quæ egit, stylo prosequente chartis inserere statuissemus, enorme

volumen, & nimis fastidiosum composuissemus. Nunc interim ista sufficiant benevolæ Lectori, qui pro beneficiis circa mulierum salutem per merita sancti præfuls exhibitis benedicat nomen Domini nostri Jesu Christi, cui est potestas & imperium in secula seculorum Amen.

S. ARNOLFI EPISCOPI
vita finis.

S. BURGUNDORÆ
ABBATISSÆ VITA.



BEATA Burgundora monasterium, quod Evoriacas appellatur, cui ipsa venerabiliter præerat, omni intentione ac devotione secundum regulam S. Columbani instituit, & ad exemplum sanctorum præcedentium patrum cum aliis ancillis Dei religiosam vitam inibi duxit; sub cuius magisterii tempore quanta & qualia rerum sator ob ejusdem famulæ suæ merita dignatus sit in monasterio illo demonstrare miracula, non est silentio prætereunetum, inò potius ob rebotandam spem fidelium tenaci memoria commendandum. Cum sub regulari disciplina multarum adunatam secum puellarum regeret Christo duce coheret, tempore quodam una de subiectis, nomine Sifindudis celleraria monasterii, exitum vitæ per revelationem agnovit, atque per interjectum spatium xi dierum mores corrigere, vitam emendare, & se in omnibus preparare monetur & imperatur. Transierant xxxvii. dies cum omni religione & oratione, cum fluentis lachrymarum vigiliarumque labore, & ecce duo juvenes candidis circumamicti stolis venientes ad eam, animam à corpore segregant, quam vacuum ferentes per aërem, & multis discussionibus inquisitionem ad cælos deportant: permixtamque angelicis choris, & cælestium omnium inferam multitudinè, cohortantur capere latos de seculo triumphos: cumque jam ovans uberi exultatione inter æterna gaudia haberetur secuta, & virginum choris inserta, excellenti gloria tripudians gauderet, & ante tribunal clementis iudicis astaret, iuberetur reduci in corpus, & tertia die denuò redire à corpore, quatenus se uberiorè preparatam post triduum habeat, ut quadraginta dierum curriculum impleatur. Reversa itaque in corpus venerandam matrem ancillarum Dei Burgundoram, & omnem fororum catervam ad se vocat, & orationibus earum fequentius commendans, tres adhuc dies sibi vitæ concessos esse testatur. Adveniente igitur tertia die, cum & mater & alia simul sorores adessent, conspicit illa duos juvenes superentis visos ad se venire, & si jam abire vellet, sciscitari. At illa, Vadam, inquit, domini mei, hinc vadam, nec amplius in hac ærumnosa vita detinebor, sed ovans fulvæ luci, de qua redii, reddar. Sciscitante ergò matre Burgundora, quibus talia proferret dicta, Non cernis, inquit, stola indutos, & qui me nudistertiùs ad cælos vexerant, viros, & nunc paratos esse eodem me itinere reducere? Quibus in verbis mirante matre, & omnibus circumstantibus ultimum valescians præsentis vitæ terminum claudit: omnes autem, qui ejus suberit intererant, choros angelicos audierunt plallere, & dulci modulamine animam ejus in cælum deferre, merusque simul & gaudia omnes percipere. Hanc primam exhortationem præfati cœnobij Dominus famulabus suis ideo voluit tam evidenter demonstrare, ut, quotquot superflites essent, omni intentione ad cultum religionis aspicerent. Alia rursus post hæc oritur exhortatio. Quædam etenim virgo, Gibitridis nomine, in genere & religione nobilis, supradictum cœnobium conversa à seculo petiit: quam velut munus gratum ovans monasterii mater Burgundora recepit. Erat enim consanguinitate ei proxima, quæ tanti ardoris igne fervebat, ut in omnibus sancti Spiritus gratiâ videretur flagrare. Nam cum adhuc paterna detineretur domo, &

Spiritu

Spiritu sancto monente cui se religionis dicere vellet, postulat patrem matremque, ut sibi oratorium, quo suo conditori exhiberet famulatum, construerent: sed cum agrè parentes ferrent petitionem filia (erant enim ambo genere Francorum nobiles) nec prorsus eo itinere, quod ad regna perducit celorum, nitebantur ingredi, immò fulgere magis secularibus desiderabant phaleramentis, & ob hoc sobolem magis desiderabant à filia, quàm sua tradere pignora monasterio, nitebantur animum ejus ab hac intentione revocare. Quorum persuasionibus cum illa nullatenus acquiesceret, parvum admodum ei construunt oraculum: ubi cum in bona conversatione per aliquantum temporis degisset, parentibus per aspirationem Dei circa voluntatem filia amplius jam aliquid inclinatis, obtinuit interventu eorum, ut supradicto cenobio Evoricas mereretur associari: in cuius reclusionem monasterii, cum per multa annorum spatia religiosam vitam duxisset, contigit, ut venerabilis mater Burgundofora febribus validis correpta presentibus vitæ nexibus crederetur absolvi. Quod animadvertens virgo Domini Gibitruis, basilicam ocyus ingressa, seclibus Deum vocibus exorat, ut antiquam reminiscens misericordiam matrem monasterii mori non sinat, sed prius se ac sodales suas suscipiens celo recondat, & sic demum matrem subsequi jubeat. Audivirque vocem post lachrymas desuper dicentem, Vade famula Christi, quod petisti, obtinuisti. Illa etenim sospes adhuc jungetur superis, tu verò prior carnis vinculis absolveris. Nec mora, venerabilis virgo morte corripitur, ac supremis functa exequis animam reddidit: cumque jam ab Angelis suscepta supra æthera veheretur, & ante tribunal æterni judicis posita candidatorum, ut ipsa post referrebat, catervas aspiceret, audivit à throno vocem dicentem, Revertere ad seculum, quia necdum illud plene dereliquisti. Scriptum est enim, Date, & dabitur vobis: & alibi in oratione, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Hoc tu non implevisti, quia sodalibus tuis contumelias tibi illatas ab eis non dimisisti. Reminiscere adversus tres compares lætos te portasse animos, nec omnino medicamine penitentia vulnus illatum sanasse: corrige igitur mores, compone animos, quos tempore vel negligentia maculasti. Mox itaque rediuncta est ad corpus, ac pristina reddita vitæ, tristibus lamentis illatam depromit sententiam, reatumque suum confitetur: & accessit sodalibus, contra quas motos animos portarat, veniam poscit, ne tacita dolositate damna incurreret vitæ æternæ. At postquam integrè reddita est sanitati, mensibus sex presentem vixit in ævo: quibus expletis, febre correpta diem prædicat exitus sui, & horam de hoc mundo prænunciat abeundi: quæ videlicet virgo Domini tam felicem exitum peregit, ut intra cellulam, quæ ejus corpus jacebat exanimæ, balsamum credentes desudare, & hoc omnibus nobis, qui tunc ibidem affuimus, maximum miraculum generavit. Die autem xxx. cum ejus commemorationem ex more pristino ageremus, & Missarum solennia celebrarem, tanta fragrantia replevit Ecclesiam, ut omnium unguentorum ac pigmentorum copiam putarem adesse. Merito enim rerum fator animas sibi dicatas suis muneribus hic facit effulgere, quæ ob amorem ejus seculum istud noluerunt diligere vel amare. Quædam puella infantia annis adhuc detenta, Erkantrudis nomine, parentibus nobilibus orta, supradictum monasterium conversa à seculo introivit: quæ cum vitam religiosam ageret, volens eam justis arbitris presentis corporis poenas probare, tantis teneram ætatem flagellis attrivit, ut exemplum in eam Job ex poenarum immanium multitudine crederes redundare. Sed mira in juvenili ætate patientia reperiebatur, mira virtus humilitatis, mira mansuetudo, mira pietas, mira lenitas, mira charitas pollebat: & inter poenarum incendia virtus animæ manebat inconcussa, fides stabilis, immobilis bonitas, & incomparabilis lachrymarum ubertas. Quantum enim corpus angebant poenæ illatæ, tantum animam lætificabat spes gaudiorum & exultatio vitæ æternæ. Hæc tempore quodam fa-

cri corporis participationem interdixit sibi sciens propter illusiones nocturnas gravibus percussa doloribus flere cepit. Erat in crastino sacra solennitas beati antistitis Martini, Pervigilans itaque ea nocte, & ablutione culpæ exorans, ne tanti damni incurreret causam, ut à corpore Christi sua culpa segregaretur, meruit tandem post lachrymas uberes, luctus ac crebra suspiria venerabilem à Domino consolationem habere: Vade, inquit, & in hac die reconciliare corpori Christi, quia delictum, pro quo postulasti, dimissum est tibi, matricque indicans mane patefacito, quod dixi. Quæ gaudens & exultans in Domino, summo diluculo per humilem confessionem quæ viderat, matri patefecit, sacroque corpori Domini nostri Jesu Christi reconciliata, distinctius aliquid, quam antea, vixit. Post multorum autem circulos temporum, cum jam eam creator omnium celo condere vellet, igne valida febris arrepta est: cumque jam in extremis esset posita, subito exclamavit, Cito currentes unam è confortio vestro mortuam segregate atque desiccate. Non enim est dignum, ut, quæ crucifixæ mundo, Christo, non sibi vivunt, mortuam, & à vita segregatam habeant inter se. Conquirentibus itaque omnibus intrer se fororibus, & quidnam dicere vellet sciscitantibus, una earum confusa, ac terrore percussa solo prostrernitur, noxam suam confitetur, & in omnibus se de reliquo emendaturam pollicetur. Erat enim seculo vacans, & secularem vitam desiderans, nec mortificationis omnino præbebat studium, sed tota vivebat seculo. Post hæc Erkantrudis, cum jam nox incumbere, in cellula, quæ jacebat, lumen ignis rogat extinguere: cumque cætera sciscitarentur, quid vellet dicere, Non videtis, inquit, quantus splendor adventi, & choros canentium non auditis? Quærentes illa, quid cantari audiret. Illa ait, Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia ejus, Confitemini Deo beatorum, & cætera, quæ subsequuntur. Hæc, inquit, omnium orâ concinunt. Admirantibus ergo omnibus tam matre quàm sodalibus, ultimum vale dicens, emisit spiritum. Alia quedam Christi virgo in eodem monasterio, cum extremos halitus dimitteret, ut pro damno vitæ presentis læta caperet vitæ æternæ, lætaque carnis nexibus separaretur, similis meruit exiens de ævo presentem habere cantus melodiam. Nam apertis auribus, quæ procul ab ejus excubiis aberant, audierunt canere cantus, & has voces prærumpere, Aspersione me hyssopo, & mundabor: lavabis me, & super nivem dealbabor. Sed dum rerum reperitor majestatis suæ ornamentum per animas iustorum innocentia plena munere, per seculorum vices accumulare non desineret, videlicet ut renovandi hortaminis ac religionis accresceret supplementum, evenit ut supradicto in cenobio quedam adolescentula cum genitrice converteretur: multis itaque diebus peractis, ipsius adolescentulæ genitricem tentator aggressus est, ut ceptum ejus opus bonum præpediret: sed quantum genitrix imbecillitati obtemperabat, tantum versa vice malorum coactionem adolescentis filia cor dissipavit. Cnmque jam per multa temporum curricula mens adolescentulæ tota Deo dedita uberes fructus redderet conditori, quadam die vidit caelos apertos: & æternum rerum fatorem aspectibus contemplata, ad celestis claritatis lumen intenta audire meruit, Veni ad nos dilecta, & corporeis nexibus absoluta, æternam suscipe claritatem. Quod cum hæc, quæ audierat, mirarentur, & simul intendentes ad caelum oculis aspicerent, nec omnino palpebris moventibus, quid oculi contemplerentur, cognoscerent, ait se rursus vocari, & à presentis vitæ nexibus absolvi, erat enim dies sabbati. Illucescente ergo in crastino Dominico die, febre correpta adolescentula supremum expectat exitum: videns autem anxia genitricem incubentem unice prolis exitum, inter singultus ac gemitus filia poscit, ut si valeat impetrare, superis reddatur: aut si suæ vitæ metam suppleat, se citò de hac vita post se ducat, quia non possit post ejus vivere exitum. Ad hæc illa, Carnalibus, inquit, licet adhuc plus iusto desiderii stimuleris, ego tamen, si valero,

261
 tuis oblectationibus satisfaciens, post digna poenitentiae medicamenta, post me te Christo favente attraham. Nec mora in extremis horis posita beatam Burgundoforam vocat; cumque felix mater ad egressuram animam de mundo extremos honores impendere adveniret, conspicata in eam puella ovans gratulatur, ac ei & omnibus valedicens, genitricem commendat, interimque silentium fieri postulat. Facto igitur silentio expectantibus omnibus animæ egressione, illa ait, Date locum, ecce jam creator meus venit, salvator ad me properat: rogatque matrem, ut Dominicam orationem symbolumque dicere juberet, quia ipsa tremebundis labiis immobili effamine exprimere verba nequirit: quibus peractis, nimia amenitate ac relictione cellula retinente, animam cum laudibus reddidit creatori. Nec mora genitrix corripitur, quadragintaque dierum spacio in corpore flagellatur: quo completo, primum terribilibus de monum aspectibus terita est, deinde largitoris ope consolata, veniam se intercessione filiae suæ meruisse facitur, animamque deinceps carnis nexibus solutam cælo reddidit. Nulli dubium est, quod aliorum damna plerisque monendo ad capiendâ lucra vigilantiores reddant. Dominico quodam die cum Missarum solennia in collegio famularum Dei ex more agerentur, & jam sacri corporis communioni participarentur, quædam ex his, nomine Domna, cum jam corpus Domini accepisset, ac sanguinem libasset, globus igneus candido fulgore rutilans micabat in ore ipsius. Quod infantula duæ cominus astantes, quas innocentia reddebat immaculatas, conspicantes, nec ea, quæ videbant, flere scientes, dicere ceperunt ad alias sorores, Aspiciat globum ab ore sororis nostræ Domnæ rutilantem. Audiens hoc venerabilis mater Burgundofora, increpando adolescentulas imperat flere, ne vanitatis noxâ cor ejus violaret, per cujus os affluens gratia Dei lumen reddebat amenum. Nam instigante diabolo pro dolor hoc ita contigit, ut præfagus animus beate matris formidolosè prævidit. Mens liquidem præfate sororis fragilitate conditionis humanæ corrupta cepit post Spiritus sancti lucra elationis ac superbiæ stimulis pungi, contumacia crimem incurere, arrogantia concilium præferre, ita ut matrem contemneret, sodales despiceret, & omnium monita sperneret. Nec mora febre correpta, & ad extremum deducta, nec sic quidem mores suos luit emendare. Adolescentulæ verò illæ, quas prædiximus, una capitis dolore, altera febrium incommodo detenta supernum exitum præstolabantur. Cumque jam adesse sodalium cohors, & ad psallendi officium in earum exitu se prepararent, cepit una earum humanis auribus inaudita dulcia modulamina pio ore canere, orare contentorem miris sermonibus, inauditis precibus, ineffabilibus sacramentis. Odor autem miræ suavitatis quasi odor balsami totam cellulam sequebatur, & ab hora nona usque ad horam nonam sequentis diei unâ cum modulamine cantus perseverabat. Deinde matrem astantem canere poscunt, & se jam abituras prædicunt: sicque reddito spiritu cum earum decessione recessit & odor fragrantis. Indubitanter verò credendum est, quod gloriam felicis exitus, quem istæ habere meruerunt, supradicta Domna habuisset, si per elationis & arrogantia vitium se extolendo non perdidisset. Virgo quædam, Quilinda nomine, in supra memorato cœnobio conversationis initium sumpsit: quæ, cum per multos annos vitam religiosam egisset, laborans die quadam in horto intrâ monasterii septa, sodalibus lectura est. Citò à nobis, quæ in hac area olus excolit, de hac vita exitura est: & ideò paratæ sumus, ne per negligentiam sustineamus damna vitæ æternæ. Quærentibus illis quæ esset, nequaquam promere voluit: nec multò post corporis infirmitate correpta, cum diversis anxietatibus angeretur, cepit lætos ad cælum vultus referre, & ignotas sibi dudum Scripturarum paginas enarrare: exorsaque à principio libros Moyfi cum eos per ordinem recitasset, & deinceps Evangelii vitalia sacramenta, atque simul Apostolica documenta, monuit sorores, ne se tristitia subdant: certum habentes, quia

citò de adversariis suis Dominus ultionem esset daturus. Erat enim tunc adversarius monasterii, Egon nomine, vir in seculo sublimis, cui Dagobertus moriens filium suum Clodoveum cum regno commendavit: is ergo adversabatur supradicto cœnobio, terminosque violabat, & omnem familiam ejus circummanentem, quacunquē potuit occasione, persequeretur: sed non diu, ut ceperat, pertinaciæ potius est voto. Nam mox post promissam ultionem percussus interiiit. Cœpit autem virgo orationes & deprecationes, & quavis sacerdotum officia depromendo dulci modulamine canere: unde dum multum admirarentur astantes, unam de sororibus sic allocuta est, Eja, inquit, soror foras iacta qui quilibet. Cum igitur aliz conquirerent, quid sibi vellent verba ista: rursus adiecit, Non aspicietis quantis sordibus mentem habeat occupatam & cœnosam? Nec enim omnino per confessionem peccatorum suam purgatam restituit, quam in seculo posita, priusquam hic clauderetur, omni ipse purgavit. Percussa metu, verecundia correpta, & à lumine Spiritus sancti deprehensa, cui talia dicebantur, solo prosternitur, celatque vitia, matri humillimè confitetur. Cœpit post hæc, quæ vitæ exitum expectabat, rogare, ut spatio facto locum venientibus darent: obtemperantibus illic sororibus, inclinato capite, hilari vultu dixit, Benedicite dominæ meæ. Inquirentibus, quæ astabant, quibus salutationis verbum exhiberet, respondit, Non agnoscitis sorores, quæ de collegio vestro ad cælos migraverunt? Cumque sciscitaretur, si ipsa cognosceret eas, increpantis voce ad unam earum, Antrudem nomine, loquitur dicens, Vel tu non agnoscis forem tuam Anshildem, quæ dudum ad cælos migravit candidarum choris insertam? Hæc ea dicente, anima è carne lapsa est: quæ egressa, cantus angelicus mox in aëre est auditus. Quædam etiam sorores longius à cellula remotæ, quæ corpus jacebat exanime, remotæ audierunt angelorum cœtus per aëra resurgentes, atque canentes: ex quo cantu compererunt beatam virginem Quilindam carnis nexibus absolutam, & illic currentes repererunt membra defuncta, atque cœtum sororum exequiarum obsequia implentem, agnoscuntque psallentium cantum, quem per auras audierant concrepare, ejus exequiarum supplementum exitisse. Aliam virginem ejusdem monasterii, Leudebertam nomine, monitis salubribus ac cœlestis profapia documentis beata mater Burgundofora non cessavit assidue monere vel præmunire: hæc, dum per aliquod spatium temporis vitam egisset honestæ conversationis, in somnis admonita est, ne à reverendæ matris suæ monitis aliquo modo deviare, quæ citò à lupis segreganda esset. Nec distulit diu promissum largitor muneris donum, quod pollicitus erat accumulare, correptamque virginem agitudine solvere dignatus est à corporea mole: cumque jam extremos tam mater, quam sodales rependere astarent honores, subito post longum silentium vocem depromit dicens, Qua hora, gloriose Apostolorum princeps Petre, vis ut eamus? sororibus itaque, quid diceret, nolle volentibus ait, Non videtis patronum vestrum Apostolorum principem Petrum inter vos stare, & me de hac vita ducere velle? Vix hæc dicere licuit, læto omnes circumspicit vultu, extremosque dimisit hilitus, ac superas linquens auras ad æternæ vitæ gaudia est prosecta. Nam ideò rerum factor post longa silentia in hanc vocem flebilem promovere linguam permisit, ut alias ad ejus vitæ exempla provocaret, & tantorum munerum copiis superis demonstraret, quibus sub hac luce in suo timore vel amore migrantes ditare non desinit. Efferbuerat contra hanc plebem Christi nequitia diabolice fraudis, & dum pollere virtutibus cerneret, aggressus est tentationibus maculare quasdam ex his, quas nova conversatio rudes reddebat, & à cæterarum conversatione nisus revellere, ac septa monasterii violare, tentavit præcipitare eas, quæ exitabilem vitam sæculi desiderarent, & canonico more rejecto, viscerum putrimenta denuò sumere vellent. Cumque jam per opacas umbras & silentia fuscâ nox adesset, & mane perficiendi consilium aspirarent,

BEDE
 TOM. 4
 LIB. 11
 C. 12

septaque monasterii per repagula scilicet transire conantur, subito è medio dormitorii malla ignis in modum modii egressa totam domum perlustravit, ac illuminavit, & post in tres divisa globos per ostiorum meatus cum magno tonitruis fragore progressa est: totidem enim ostia domus habebat, per quæ suos ignis globos proferret. Qui tonitruis fragor & dormientes excitavit, & egredientes septa monasterii correxit. Cum autem jam aliqua earum per vallem pedes trajecissent, & tanto fragore perterritæ intrâ septa redire vellent, velut plumbo aggravatas plantas nequaquam valebant reducere: quia diabolus arte, quâ potuit, studebat aggravare, quas divina correptione noluit perire. Confusæ ergo culpas suas agnoscunt, matricque reversæ per humilem confessionem lachrymabiliter produnt. Aggressus deinceps duas ejusdem cenobii sorores antiquus hostis, quas noviores ac multo imbecilliores conversatio reddebat, primum ad hoc impulit, ut nulla hora veram depromerent confessionem. Erat enim consuetudinis monasterii & regula, ut ter in die per confessionem unaquæque earum mentem purgaret, & qualemcunque rugam mens per fragilitatem attraxisset, pia proditio ablueret. In talem igitur labem mentes prædictarum puellarum diabolus miserat, ut nulla confessio vera prodiret ab ore, seu eorum, quæ in seculo commiserant, seu quæ quotidiana fragilitas attrahebat, in cogitatione, in sermone vel in operatione. Cumque lethifer anguis paulatim corda obdurando viribus suæ malignitatis infudisset, & mentes earum in omnibus sibi parere comperisset, tunc suggestit eis, ut quadam nocte extrâ septa monasterii progressæ fugam arriperent, & ad propria remearent. Hoc itaque apud se deliberato, cum per densam noctem abirent, nec prorius pro densitate caliginis viam tenere quivissent, alitit ad lævam diabolus, ac lumen in modum lucernæ atræ, quæ valuit, assimilians tergiversationi vires auxit, monstrans reducem ad seculum viam. Postquam autem pervenerunt ad locum destinatum, subsequenter inquisitoribus ad cenobium suum rugata fronte regressæ sunt: ubi duni à matre monasterii B. Burgundofora aliisque sororibus diligenti scrutamine percontarentur, quæ causa coëgisset eas discedere, respondent se telis diaboli fuisse stimulas, & ideò mentes nequaquam habere posse directas. Cum itaque multum ab omni congregatione objurgarentur, nec tamen aliquid hujusmodi proficeret in eis objurgatio, divinæ ultionis gladio percussæ ambæ meritas penas persolvere: de tanti verò eventus luce vehementer anxia mater monasterii hortatur eas indefinenter, ut vel adhuc inter supremas horas constitutæ facinus suum pandant humilli confessione: sed obdurata corda nihil remedii capere valentia inter flagella clamare cœperunt, sustinete paululum, sustinete, nec prorius expectantes arguite. Inquirentibus ergo, quæ aderant, sororibus, à quibus sustinere rogarent, aiunt illæ, Non aspicitis turbas Æthiopiæ adventantium, quæ nos rapere & abducere volunt? Inter hæc auditus est fragor maximus supra cellulam & tegumenta personans, ostiumque cellulæ vi patefactum est, ita ut nigrescentes umbras astantes cernerent, & clamantes eas nomina febricitantium sororum audirent, adeò ut vix, quæ aderant, signo crucis armata, & psallendi officio detentæ valerent astare. Tanti doloris ac meroris eventu anxia mater Burgundofora urget in extremo constitutas, ut vel adhuc per confessionem pandantur vitia, & sacramento Christi corporis animæ roborentur. At illæ ut infelices, & à diabolo penitus possessæ, auditâ sacri corporis mentione, garrire, dentibusque stridere cœperunt, & stridentes dicere, Cras, cras: & iterum supra dictam vocem repetere, Expectate, sustinete. Inter quas voces extremum halitum dimiserunt. Quas cum in collegio cæterarum sepelire mater monasterii beata Burgundofora nequaquam ratum duceret, segregatim humandas, ac in extremo loco cæmeterii sepeliendas fore jubet: super quarum tumulum globus ignis in modum clypei intrâ triennium crebrò apparuit, maxime Quadragesimæ diebus usque ad adventum sanctum Paschæ,

vel etiam ante vigiliam natalis Domini ferventiùs apparerebat, simulque voces tumuluantis turbæ multa personabant. Inter quas duæ ululantes erumpebant, velut in tormentis resonare solent, Væ mihi, væ mihi, væ mihi, Cernens itaque prædicta mater monasterii justam sententiam à justo iudice super injultas animas illatam, manifestius damnatarum sententiam est aggressa (comperire, accedensque ad tumulum, experimento querit, si cadavera quamvis putredine corrupta in sepulchro maneat, Jam mensis, ex quo defuncta corpora fuerant condita, præterierat, & ecce, reperit interius sepulchrum igne exustum, nec quicquam superesse cadaveris, præter favillæ vestigium. Manit ergo per triennium illatæ sententiæ tanta severitas, ut terror damnatarum timorem præberet sodalium remanentium, essetque correptione viventium illata poena mortuorum, & ex negligentia, imò duritia mentis pereuntium, salus propagaretur superstitum. Interposito deinde temporum aliquanto spatio, quædam virgo, nomine Landebera, cum extremas vitæ præsentis expectaret amittere horas, validis ista doloris stimulis, solum vitæ exitum, solamen habebat ægritudinis suæ. Noctæ igitur, quæ jam ejus imminerebat vocatio, sororibus, quæ circa ægram excubare debebant, sopore depressis, cum una tantum earum, Genomeda nomine, & ipsa ægritudine fessa, pervigil inter sodales esset, nubes subito densa atque rutilo quodammodo fulgore permixta stratum prædictæ virginis aperuit, simulque voces ita canentium audire sunt, Cantemus Domino, gloriosus enim honorificatus est. Quod statim ut audivit Genomeda, cœpit anxia sodales excitare, sed nulla prorsus earum potuit evigilare: vidit interim illa paulatim nubem à læso sublevari, & tunc demum intermissò cantu excitatas per clamorem suum sorores monet & obsecrat, ut super defunctæ virginis membra debitum exolverent cantum exequiarum, indicans quæ viderat & audierat circa stratum illius. Ipsa nihilominus per septem deinceps dies gravibus febrium exagitata doloribus octavo die vitam in pace finivit: posthac bonitatis ac munerum insinuator Deus rursus pietatis suæ munera largiri non distulit. Nam quadam puella, nomine Bithildis, in eodem cenobio intra adolescentiæ annos conversa, cum diu regulæ disciplinæ habentis confecta immobili desiderio cælestia ad præmia anhelaret, evenit, ut justus arbiter justam animam justitiæ copia plenam cælo condere vellet: cumque jam in extremis posita posceret per successiones noctium lumen coram se accendi, & sacre lectionis præconia ante se legi, & una assistentium vas quoddam oleo limphaque repleretur, omnis sopor oppressit sorores, sicque trajectâ noctis metâ absque sodalium solamine ægra noctem peregit. Revertente autem diei crepusculo, cum matutinas laudes Domino cecinissent, ægra, quæ jacebat, intuitu lucernam, quæ oleo limphaque repleta erat, in lac commutatam, querit, utrum hoc aliqua sodalium commutasset. Illæ, inquit, An nescis, quia hæc lac non fuerit? Ægra ait, Nequaquam hoc labore animam meam consumite, sed quid rei veritas habeat, simpliciter indicate. Affirmantibus itaque sororibus, quia nil prorsus inde certum haberent, matrem monasterii vocant, & rei causam indicant: illa protinus, ut diligentius agnosceret, oleum à lacte separare jubet: cumque segregatum fuisset oleum, & nihil exinde super specie lactis remansisset, cœpit oleum denudò crescere, & uberius à vase manare. Tum demum hæc, quæ astabant, Dei virtutem agnoscens omni studio collegerunt oleum illud, & in sacario condiderunt, ex cuius olei perunctione quædam infirmæ sorores postmodum attackæ pristinae sanitati reddite sunt. Illa verò, quæ felicem expectabat exitum, omni incunditate repleta, cum animam cælo reddidisset, tanta suavitas odoris cellam replevit, ut balsamum inibi crederes desudare. Quid autem aliud fuit, ut creatura aquæ in lactis specie verteteretur, vel oleum multiplicaretur, nisi quod miseratio divina aliis offendere voluit, qualiter agram visitaverit, & dum illa sodalibus noluit indicare quid vidisset, vestigium visitationis suæ reliquit. Testes sunt hujus rei ve-

nerabilis

nerabilis mater Burgundofora, pontifex Meldensis urbis, & beatus Waldebertus, abbas cœnobii Luxoviensis: sicut ob religionis studium & p̄e consolationis incrementum præmissa miracula disseruimus, sic ob terrorem duræ & ignavæ mentis aliqua intimare curamus. Quædam puella, nobilis genere, ad suprâ memoratum cœnobium regulari disciplina colla submittere venit: sed bonæ vitæ conversationem antiquus hostis aggressus evincere, excitavit in ea gulæ aviditatem, ita ut esurienti furtivo cibo semper exatiare studeat, quod facinus per longa spatia temporum non deprehensa patravit, nec prorsus alicui sodalium patefactum est. Cùm ergo diu gulæ aviditas animam maculasset, dedit iustus arbiter justam sententiam super animam injustam: corripuit gravissimum facinus poena graviore, ac super seculos artus excitavit odium liciti cibi. Nec alio quoquam genere ciborum alebatur, nisi futurum frondumque & herbarum agrestium more pecudum alimento. Cumque jam multis diebus hæc ultio super animam transgressione deceptam maneret, & sibi horra refectiois supradictum cibum adducere postularer, vidit speciem apri magni secum comedere, & morticinofos cibos porci grunnio ventilare. At illa pavescita interrogavit, quid esset. Respondit, quæ videbatur bestia, & ait, Aper ego sum, cibos, quos hæcenus per transgressioem comediti, tecum ego comedi, & modo per istius anni circulum hunc cibum habebis. Permanit ergo cibum ille per metam vententis anni, nec prorsus aliud quicquam edebat, quàm fures, frondesque arborum, atque herbas agrestes, & quodcunque ex cæterarum radicum reliquiis projicitur. Quid enim fuit, ut diaboli voce fragilis mens miseræ transgressiois conscia objurgaretur, nisi quia per præsentium poenarum immanitatem non sineret animam postmodum cruciatibus damnari, & divina pietas per eum voluit impropria constituendo deponere, per quem fuerat transgressio propagata, & hunc habere indicem, cuius susceptionibus malis diu decepta obtemperaverat, & post poenas illatas cognoscere, non diabolo, sed creatori creaturam debere obedire. Similiter alia puella, nomine Barafrudis, cùm diu in supradicto cœnobio conversaretur, & nequaquam regularis disciplina omni conatu intenderet præcepta servare, misit diabolus in mentem transgressioem correptam, ut quæque potuisset furto rapere, occulte comederet: quam cùm diu hac transgressioem animam macularet, dedit justam ultionem de ea arbiter iustus. Corripuit enim repente ignitis febribus, ac inter incendia clamare cepit, Væ mihi, væ mihi. Et post has voces ita sopita jacuit, ut mortua ab omnibus crederetur: cumque post multum horarum spatium anhelaret, febris ab igne vexata clamare cepit, Veniat mater, veniat mater. Concito ergo gradu, quæ audierant, matrem monasterii B. Burgundoforam vocant: quæ cùm venisset, ægra, quæ jacebat, tota intentione cordis facinorum suorum conjecturam per confessionem pandit. Omnes verò astantes cùm jam finem vitæ expectarent, subito illa divina miseratione convalescens melius habere cepit, & ita paulatim subtrahita periculo mortis beatam vitam postea duxit. Postquam enumeratæ sanctimoniales feminae sub magisterio B. Burgundoforæ constitutæ diverso ac dispari, uti diximus, pro mœritorum qualitate transitu vitam hanc corruptibilem exuerunt, ipsa quoque venerabilis mater earum cœlesti vocatione digna, cùm multis annis suprâ memorato monasterio Evoriacæ decentissimè præfuisset, corporis tandem infirmitate correpta 3. non April. diem clausit extremum, cœtibus aggregata virginum, quæ sequuntur agnum, quocunque ierit, cœlestem videlicet sponsum, Dominum nostrum Jesum Christum, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat
Deus per omnia secula seculorum. Amen.

SANCTÆ BURGUNDORÆ ABBATISSÆ
VITÆ FINIS.

SANCTI AC BEATISSIMI JUSTINI MARTYRIS PASSIO.



Vando Christus Deus noster
Natus est ex virgine,
Edictum imperiale
Per mundum insonuit,
Quatenus totius orbis
Fieret descriptio:
Nimirum quia in carne
Tunc ille apparuit.

Qui in celo universos
Electos ascriberet,
Quos sacra commendavisset
Fidei professio.
Quam qui digne observarint
Cum bonis operibus, quæ sunt
Velut quidam census
Domino amabiles,
Civitas describuntur
Cœlestis municipes.
Quos census uterque sexus,
Omnis ætas exhibet,
Vt restatur plurimorum
Martyrum exercitus:
Non solum constans ex viris,
Verum & ex feminis:
Nec ævo tantum maturi
Subiunt martyrium,
Sed & mulieres propter Christum
Et fidem Catholicam
Legimus fuisse passos
In aetate tenera:
Ex quibus sanctus Iustinus,
Novennis puerulus,
Qualiter per passionem
Migravit ad Dominum,
Sequens textus demonstrabit
Scire cupientibus.
Dum crudelis Diocletianus
Romani imperii
Simul cum Maximiano
Tenebat monarchiam,
Talis est in Christianos
Mora persecutio,
Vt darentur ad poenarum
Universa genera,
Vbicunque comprehendi
Aliquem contingeret,
Quem hujus professionis
Obligaret titulus.
Et ne quisquam potuisset
Contumaciter
Vbique componebantur
Hoc modo insidit,
Quæ euntes compulissent
In jus idolatriæ.
Non illi emendi quicquam,
Aut vendendi copia,
Nec ipsam haurire aquam
Dabatur licentia,
Antequam idurificarent
Detestandi idola.
Ea tempestate fuit quidam
Præfectus in Gallia
Persæus ferox, immitis,
Christi nomen odians,
Et in Christianos furens,
Ricovarum nomine:
Quem cùm suprâ nominati
Principes dirigerent,
Vt sanctos persequerentur
Positos in Gallia,

BEDA
TOM. 3.
344
LXXII
122